



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. VI. Dignitas personæ peccantis, per se loquendo, & in universum,
non est circumstantia mutans speciem, aut notabiliter aggravans, in
Confessione specialiter explicanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

ad alios casus; & quæro, an dignitas personæ operantis sit circumstantia explicanda in Confessione? Ex. gr. si Episcopus (quod absit) seipsum polluat vel fornicetur. Si Generalis alicujus Religionis, vel alius Prælatas inferior. Si Judex furetur, qui ex officio suo tenetur alios fures punire. Respondeo:

CONCLUSIO VI.

Dignitas personæ peccantis, per se loquendo, & in univèrsum, non est circumstantia mutans speciem, aut notabiliter aggravans, in Confessione specialiter explicanda.

98. Sententia Doct. Angelici.

Doct. Angelicus 1. 2. q. 73. art. 10. quærens; utrùm dignitas personæ peccantis aggravet peccatum? Respondet, quòd duplex est peccatum. Quoddam enim ex surreptione proveniens, propter infirmitatem humanæ naturæ; & tale peccatum minus imputatur ei, qui est maior in virtute, eò quòd minus negliget hujusmodi peccata reprimere; quæ tamen omnino subterfugere infirmitas humana non sinit: alia verò peccata sunt ex deliberatione procedentia; & ista peccata tantò magis alicui imputantur, quanto maior est.

Luc. 12.

Probat quadrupliciter. I. quia facilius possunt resistere peccato Maiores, putà; quia excedunt in scientia & virtute. Unde Dominus dicit Luc. 12. Quòd servus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. II. propter ingratitude: quia omne bonum quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo sit ingratus peccando. Et quantum ad hoc, qualibet maioritas, etiam in temporalibus bonis, peccatum aggravat, secundum illud Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur. III. propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ: sicut si Princeps iustitiam violet, qui ponitur iustitiæ custos; & si Sacerdos fornicetur, qui castitatem vovet. IIII. propter exemplum seu scandalum: Quia (ut Gregorius dicit in Pastoralibus) in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia gradus peccator honoratur. Ad plurius etiam notitiam perveniunt peccata Magnorum, & magis homines ea indignè ferunt. Hucusque S. Thomas.

99. que displicet Arriaga.

Sed displicet hæc doctrina Arriagæ Tract. de Vitiis disp. 42. n. 22. eò quòd omnes illæ probationes etiam in peccatis factis ex surreptione locum habeant. Prima: quia negari non potest, quin homo habens majorem gratiam, facilius etiam possit vitare ea peccata ex surreptione; immo ad hæc vitanda maxime juvat sanctitas. Secunda: quia etiam in illis

datur ingratitude erga Deum. Tertia: quia etiam illa magis repugnant ei altiori statui. Quarta denique: quia etiam ex illis scandalizantur facilius alii.

Nec sufficit respondere; eò quòd non fuerit tunc perfecta libertas, quæ ponderaret ea omnia motiva, non reddi tunc majora ea peccata: hoc (inquam) non sufficit; nam licet non sit integra libertas, est tamen sufficiens ad peccandum: eo autem ipso est sufficiens, ut justus possit aliquo modo ponderare eas quatuor rationes; quæ etiam sic imperfectè ponderatæ, licet non tantum aggravent, quàm si omninò exactè ponderarentur; efficiunt tamen sine dubio plus, quàm si non essent ullo modo cogitatæ. Ergo aggravabunt aliquo modo, & plus quàm si non essent. Hactenus Arriaga.

Quidquid sit de hac doctrina D. Thomæ, ut vera esset (quod examinare non est hujus loci, & ideo superledeo) equidem non repugnat nostræ Conclusioni, quæ solum negat, dignitatem personæ peccantis notabiliter aggravare, ita ut, per se loquendo, debeat explicari in Confessione.

Dico; Per se loquendo, propter exemplum sive scandalum, de quo D. Thom. suprà in quarta probatione: nam indubiè magis movent exempla Superiorum, quàm inferiorum, juxta commune dictum: Qualis Rex, talis grex. Verùm ratio scandali per accidens conjungitur peccatis Superiorum, cum plura eorum peccata possint esse occulta. Ergo, per se loquendo & univèrsim, non videtur necesse, explicare dignitatem personæ peccantis, v. g. si sit Episcopus aut Prælatas Religionis, si sit Judex aut alia persona publica &c. Præterquam, quòd peccatum scandali communiter satis possit explicari, non explicatà dignitate personæ, dicendo: Dedi scandalum pluribus vel paucioribus in tali vel tali materia. Quòd ergo propter scandalum dignitas debeat explicari, planè per accidens est.

Nec obstat; quòd Prælatas debeat procurare perfectionem: nam etiam quilibet Religiosus, ratione sui status magis debet procurare perfectionem; & tamen non ideo in quolibet peccato mortali debet explicare circumstantiam status Religiosi. Ita Lugo disp. 16. n. 179. ubi docet hanc sententiam. Deinde, nego debitum strictè dictum secluso voto, quòd explicandum esse nemo dubitat. Et hujus casus meminit D. Tho. suprà in 3. probatione: Si Sacerdos (inquit) fornicetur, qui castitatem vovet.

Sed quid, si Princeps iustitiam violet, qui ponitur iustitiæ custos? Respondent Nonnulli Gubernatorem, vel alium gerentem publicum Magistratum, si ipse furetur, qui alios impedire & punire debuerat, non debere explicare circumstantiam sui officii. Ita Diana cum

cum Aliis quæ Consonat Car. testatur de con. quia licet Gu. impediendum muneris; illa t. novam speciem furti constituit ille.

Sed cum pl. furtum constit. non poterit acc. Vel si non ali. accipere aliam. Etenim talis contra jus illius videtur peccare publica, ut debet impediat facta t. test.

Respondet I. bernator constit. & delicta alior. sua. Sicut Fisco nuntiare delicta tamen sua, sebet manifestari. Quia hi omnes in officio continent delicta.

Dices: Hoc tum, non sup. Lugone supra, tur Lugonem in probatur.

Respondet a. tum, sed potius rientia, & comm. dum ac similitu. quam eorum sei. Superat comm. nam fragilitate. Respublica aut. luisse hujusmodi.

Rogas, quæ. versia? Respon. peccent contra. peccarent contra. iustitiam non. suam dignitate. plicare: v. g. P. subditos suos, posset ipsos cor. facit dicendo i. contra præceptum. peccatum regu. tuti Charitatis. suam dignitate. catum injustiti. mist non corri. Enimverò Pr.

cum Aliis quos citat p. 1. tract. 7. resol. 36. Consonat Card. Lugo disp. 16. n. 180. qui testatur de communi Recentiorum; & probat: quia licet Gubernator ex iustitia teneretur ad impediendum furtum suum pro debito sui muneris; illa tamen circumstantia non adderet novam speciem, cum jam ipsum peccatum furti constitutum sit in specie iniustitiæ. Hæc ille.

102. Sed cum plures sint species iniustitiæ; cur furtum constitutum in una specie iniustitiæ, non poterit accipere aliam speciem iniustitiæ? Vel si non aliam speciem, cur non poterit accipere aliam numero malitiam iniustitiæ? Etenim talis Gubernator non solum peccat contra jus illius, cujus bona furatur; sed etiam videtur peccare contra jus, quod habet Respublica, ut debite fungatur officio suo, id est, ut impediatur furta, quantum commodè fieri potest.

103. Respondet Lugo supra n. 181. Licet Gubernator constitutum ad hoc, ut impediatur furta & delicta aliorum; non tamen ut impediatur sua. Sicut Fiscalis debet ex munere suo denunciare delicta contra bonum publicum; non tamen sua, sed aliorum: & custos vineæ debet manifestare fures, non tamen seipsum. Quia hi omnes constituuntur in ordine ad alios in officio continendos, non in ordine ad ipsorum delicta impedienda.

104. Dices: Hoc est quod queritur; & probatum, non suppositum oportuit. Porro nec à Lugone supra, nec à Dicastillone (qui sequitur Lugonem in hoc puncto disp. 9. n. 381.) probatur.

105. Respondet aliquis: Non oportuit probatum, sed potius suppositum, quod clamat experientia, & communis sensus Fiscalium & Custodum ac similibus Officialium. Quis enim unquam eorum seipsum accusavit aut denunciavit? Superat communiter talis denunciatio humanam fragilitatem, ac propterea non censetur Respublica aut supremus Princeps ad illam voluisse huiusmodi Officialia obligare.

106. Rogas, quid ego sentiam de hac controversia? Respondeo: Fieri potest, ut Officialia peccent contra iustitiam; ubi privati solum peccarent contra Charitatem; & tunc si illam iniustitiam non possint explicare, nisi explicent suam dignitatem, indubie obligantur eam explicare: v. g. Prælati Regularis non corripit subditos suos, quando hic & nunc commodè posset ipsos corripere & emendare, non satisfacit dicendo in Confessione: Peccavi graviter contra præceptum fraternæ correctionis (quia hoc peccatum regulariter tantum opponitur virtuti Charitatis) sed tenetur insuper explicare suam dignitatem, aut aliâ viâ explicare peccatum iniustitiæ, quod ratione sui officii commisit non corripendo.

107. Enimvero Prælati ratione officii sui acqui-

rit quoddam jus gubernandi subditos inique imperandi; & vicissim subditi acquirunt jus in eum; primo, ut procuret bonum commune, deinde, ut procuret bonum particulare uniuscujusque: ad hoc quippe ejusmodi officia sunt instituta; & cum hac conditione conferuntur & acceptantur; adeoque hæc obligatio nascitur ex quodam mutuo contractu: igitur est obligatio iustitiæ, saltem erga ipsam Communitatem. Quod addo; quia putat Coniuck de Act. Supernat. disp. 28. n. 75. valde probabile esse, eum (saltem communiter) non obligari ex iustitia ipsis peccantibus, ut eos corripiat; quia hi hoc communiter non cupiunt fieri: nemo autem mihi obligatur ex iustitia aliquid præstare, quamdiu non cupio ipsum hoc mihi præstare, sicut non teneor meo creditori solvere, quamdiu non cupit me hoc facere.

Quandoque tamen contingit, ut ipsi subditi cupiant sibi ejusmodi officia impendi, ut ita juventur ac emendentur; quando scilicet sunt bonæ voluntatis & cupiunt emendari, & ad hoc juvari; præsertim, quando peccant ex aliqua ignorantia, etiam culpabili, quæ tamen sit causa ipsius actus mali. Et hoc casu credo Superiorem; etiam his in particulari, obligari ex iustitia eos corripere, & in eorum vitam inquirere. Hæc ille.

Quæ si vera sunt, nescio, quare Gubernator, dum furatur bona subditorum, non peccet duplici peccato iniustitiæ, uno communi ceteris furibus, altero contra speciale jus, quod habet Respublica quasi ex contractu, ut Superior procuret tum bonum commune, tum bonum particulare uniuscujusque. Unde, secundum communem sententiam, non solum peccat contra Charitatem, si non impediatur furta aliorum, quando commodè potest ea impedire; sicut peccat homo quilibet privatus; sed etiam contra iustitiam; ac proinde non satisfecerit, dicendo in Confessione: Non impedivi furtum, sed commodè potuissim illud impedire; sed insuper debet explicare suum officium, aut aliâ viâ declarare iniustitiam.

Et licet non teneatur vi muneris sui seipsum punire; quia hoc dedecet statum suum, & superat communiter humanam fragilitatem; adeoque non censetur se voluisse ad hoc obligare; cur saltem vi muneris sui non teneatur abstinere à furto, cum hoc non dedecet, sed maxime congruat statui suo, nec superet communiter humanam fragilitatem? Non video, cur non possit ceteri se ad hoc voluisse obligare; quando officium acceptavit. Reverè omnes subditi gravissimè sentiunt, si Superior ipse, qui ex pacto implicito obligatur eorum bona defendere ab injuria aliorum, injuriam inferat: immò magis sentiunt, quam si alios non impediret, & indignum planè judicant suo officio; ergo communis sensus præter malitiam furti apprehendit in furto Superioris

B b b b b

netur corripere suos subditos.

Coniuck

104. Gubernator, qui furatur bona subditorum, videtur peccare duplici peccato iniustitiæ.

Tertia: qui alicui statui, ex illis scandalis... ed quod non... tunc majora ea... officii; nam licet... amen sufficiens... ponderare eas... sic imperfectè... im aggravant... erarentur; effi... quàm si non... go aggravabant... si non essent... a D. Thome, ... re non est hujus... quidem non re... , quæ solita... cantis notabili... quando, debet... r exemplum fure... supra in qua... regis movent ex... teriorum, juxta... ralis grex. No... ens conjungit... tura eorum pec... per se loquendo... cesse, explicare... v. g. si sit Episc... is, si sit Juxta... terquam, quod... er satis possit... te persone, di... vel pauciorum... propter scanda... planè per acci... debeat procu... quilibet Reli... debet procurare... do in quolibet... circumstan... Lugo disp. 16... tiam. Deinde, ... secluso voto, ... no dubitat. Et... supra in 3. pro... rnicetur, qui ca... am violat, qui... dent Nonnulli... erentem public... etur, qui alios... , non debere... officii. Ita Diana... cum

aliam malitiam injulitiæ; si non specie, saltem numero distinctam, contra obligationem Officii.

Nihilominus manet vera Conclusio, quæ (ut patet ex illa particula: Per se loquendo, & in univ[er]sum) tantum negat, in omni peccato mortali tam interno, quam externo, explicandam esse circumstantiam dignitatis, estò hic & nunc in aliquo particulari peccato debeat explicari.

Si autem à me quaritur, an in hoc particulari peccato, v. g. Petrus Sacerdos percutit Joannem sæcularem, cum effusione sanguinis, immò usque ad mortem ipsam, debeat explicari dignitas Sacerdotalis? Quando (inquit Nugnus in Addit. ad 3. tom. 1. q. 9. a. 2. dub. 3. concl. 5.) initiatus sacris Ordinibus occidit vel abscondit membrum alterius vel notabiliter percutit usque ad effusionem sanguinis, tenetur explicare, se esse initiatum Sacris; quia hoc maximè repugnat proprio statui propter Irregularitatem annexam: & credo etiam probabiliter, quòd Sacerdos teneatur explicare se esse Sacerdotem; quia effusio sanguinis maximè repugnat Sacerdotio. Ita ille apud Dianam p. 1. tract. 7. resol. 8. qui oppositum docet hinc verbis: Sed si aliquis dictam circumstantiam taceret, non illum damnarem; quia est solum circumstantia aggravans.

Dianæ adhæret Dicastillo disp. 19. n. 382. dicens: Quod addit Nugnus de incurfu Irregularitatis, non probat aliquam specialem malitiam ex eo præcisè capite propter ejusmodi inhabilitatem; aut (si velis) appella pœnam, quam etiam laicus & Clericus in Minoribus incurrit. Quamvis ergo sit major indecentia in Sacerdote, non video mortalem specificam ex eo capite, ultra malitiam ipsius percussione. Hæc ille.

Potisset quidem Ecclesia, propter reverentiam Ordinis sacri, specialiter prohibere hujusmodi percussione, veluti prohibuit sententiam sanguinis & exercitium artis Chirurgiæ, quæ adustione vel incisione inducit, cap. 9. Ne Clerici vel Monachi, in principio: Sententiam sanguinis nullus Clericus dicat aut proferat; sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, intersit. Et infra: Nec ullam Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceat, quæ adustione vel incisione inducit. Equidem specialiter prohibuisse hujusmodi percussione, ex nullo jure constat, quamvis ipsa indubiè magis dedecet Sacerdotem, quam laicum; & quamvis magis dedecet Sacerdotem, sic percutere, quam dicere aut proferre sententiam sanguinis.

Unde non videtur audienda Glossa in præfatum Cap. dicens: Clericis prohibentur omnia illa, ex quibus sequitur vel sequi potest vitæ amissio vel sanguinis effusio, si intelligatur etiam de iis, quæ jure naturæ aut divino illicita sunt, prout illicita est percussio in casu proposito;

105.
An Sacerdos occidens aliquem vel mutilans peccet duplici peccato? Nugnus.

106.
Negant Diana & Dicastillo.

Cap. 9. Ne Clerici vel Monachi.

adeoque nulla erat necessitas eam prohibendi specialiter per legem Ecclesiæ, veluti illa, quæ enumerantur in præfato jure; alioquin Clericis licita.

Notandum quoque; quòd non reperitur in jure specialiter inflicta Irregularitas Sacerdoti aut alteri cuiuscumque Clerico, propter mutilationem aut homicidium; sed generaliter tam laico, quam Clerico. Sicut ergo laicus non contrahit malitiam specificam præcisè ex eo capite, putà propter pœnam Irregularitatis, homicidio aut mutilationi annexam; pari ratione neque Sacerdos aut alius inferior Clericus.

Igitur lex Ecclesiastica infligens pœnam Irregularitatis, propter injustum homicidium vel mutilationem, purè penalis est, non obligans ad omissionem actûs; sed supponens obligationem juris divini, quæ sufficiens erat pro constitutione talis pœnæ, utpote ad quam non sit necessaria specialis inobedientia aut contumacia contra præceptum Ecclesiasticum, prout requiritur (secundùm communem sententiam) ad pœnam Excommunicationis, argumento cap. sacro. 48. de Sententia Excommunicationis. ibi: Prohibemus, ne quis in aliquem Excommunicationis sententiam, nisi competens admonitione præmissa, & personis præsentibus idoneis, per quas (si necesse fuerit) possit probari monito, promulgare presumat.

Hujusmodi præviam admonitionem necessariam esse ad incurrendam pœnam Irregularitatis, nuspian jus loquitur; adeoque quando aliunde per jus divinum, naturale vel positivum actus, propter quem infligitur pœna Irregularitatis, prohibitus est, abque ratione superadditur obligatio legis Ecclesiasticæ. Itaque præcisè propter pœnam Irregularitatis, Sacerdos mutilans vel occidens, non committit aliud specie peccatum, quam laicus mutilans vel occidens; vel etiam aliud specie peccatum, quam committeret, si pœna illa non fuisset apposita.

Dico: Præcisè propter pœnam Irregularitatis, quia cum per illam pœnam fiat inhabilis ad celebrandum, si aliunde, v. g. ex officio vel contractu habeat obligationem celebrandi, fieri potest, ut mutilatio vel homicidium, præter communem malitiam injulitiæ, inde contrahat aliquam specialem malitiam mortalem in Confessione necessariò declarandam, ut per se patet; quam proinde malitiam si non possit declarare, nisi explicando suam dignitatem Sacerdotalem, procul dubio tenetur eam explicare.

Nihilominus manet vera Conclusio generalis, scilicet, dignitatem personæ peccantis, per se loquendo & in univ[er]sum, non esse explicandam in Confessione, quamvis per accidens & in casu particulari possit esse obligatio. Veluti per accidens, & in casu particu-

107.
Lec. 1. de Irregularitate, ubi dicitur, quod Irregularitas non obligans ad omissionem actûs, sed supponens obligationem juris divini.

109.
Trinob. Castillio.

1. Gm. 7. v. 25. D. habes.

10. 4.

1. Adm. 7.

2. J. 2. de Peccato.

108.
Al. 10. de Irregularitate, ubi dicitur, quod Irregularitas non obligans ad omissionem actûs, sed supponens obligationem juris divini.

110.
Fornicatio non est peccatum mortale nisi in casu particulari.

Trinob. Castillio.

lari possit esse stantiam virginis, est per se teneatur pœna Conclusione

CON

Per se loquendo non de peccato virginitatis, claustrum

Ratio fundam. & in non transfertur ad aliam, neque in quia virginitas est obligans: se loquendo, n. tio virginis, p. litiam, specie fornicationis.

1. Gm. 7. v. 25. D. habes.

10. 4.

1. Adm. 7.

2. J. 2. de Peccato.

108.

110. Fornicatio non est peccatum mortale nisi in casu particulari.

Trinob. Castillio.

lari posset esse obligatio explicandi circumstantiam virginittatis amissa per peccatum carnis, etsi per se loquendo & in universum non teneatur penitens eam declarare, ut edissero Conclusionem sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VII.

Per se loquendo & in universum non debet explicari in omni peccato carnis circumstantia virginittatis, etiam ex parte femine, etsi interveniat fractio claustrii virginalis.

Ratio fundamentalis: quia per se loquendo, & in universum talis circumstantia non transfert peccatum carnis ad aliam speciem, neque notabiliter aggravat. Probatur: quia virginittas, per se loquendo, non est virtus obligans: ergo amissio virginittatis; per se loquendo, non est peccatum: ergo fornicatio virginis, per se loquendo, non habet malitiam, specie distinctam à malitia simplicis fornicationis. Antecedens est Apostoli 1. Corinth. 7. v. 25, De Virginibus præceptum Domini non habeo.

Prima consequentia est evidens: Vbi enim non est lex, nec prævaricatio (inquit Apost. Rom. 4. v. 15.) omne autem peccatum est prævaricatio legis, teste D. Ambrosio lib. de Paradiso c. 8. ibi: Non consistet peccatum, si interdictio non fuisset. Et infra: Quid enim peccatum, nisi legis divinae prævaricatio, & celestium inobediencia præceptorum? Consonat D. August. lib. 2. de Peccat. merit. c. 16. Neque peccatum erit, si quid erit, si non divinitus iubeatur, ut non sit. Et infra: Quomodo enim dimittentis dimittitur per Dei misericordiam, si peccatum non est? Aut quomodo non vetatur per Dei iustitiam, si peccatum est?

Secunda consequentia probatur: quia illa fornicatio non prohibetur, nisi per præceptum castitatis; quod ostendo discurrendo per alia præcepta, quibus putant Nonnulli hanc fornicationem opponi. Atque in primis non opponitur præcepto iustitiæ: quia unusquisque est dominus corporis sui ad actum copulæ carnalis, non obstante integritate carnis seu virginittate, ut patet in matrimonio, quod etiam in vitis parentibus potest contrahere, absque peccato iniustitiæ: ergo etiam extra matrimonium potest alteri tradere corpus suum ad illum actum, absque peccato iniustitiæ, estô non absque peccato luxuriæ.

Sicuti prodigis, quamvis peccet contra liberalitatem, abjiciendo suas pecunias, ubi & quando non deberet abjicere; equidem non

contra iustitiam, quia verè est dominus illarum pecuniarum. Valide ergo facit, tametsi illicite. Ergo similiter in casu proposito, quamvis virgo illicite faciat copiam sui corporis extra matrimonium, illicite (inquam) id est, contra virtutem castitatis, attamen valide, id est, sine cuiusque iniuria. Cui enim faceret injuriam? Non sibi ipsi: quia volenti & scienti non fit iniuria, saltem quando valide cedit juri suo. Alioquin si voluntas talis sit, ut non possit valide habere talem effectum, remanet ratio injuriæ, etiam formalis ac proprie dictæ, secundum Aliquorum opinionem.

Exemplum sit in illo, qui sciens & volens occiditur; qui cum non sit dominus vite suæ, nam Deus specialiter sibi illud dominium reservavit, invalide cedit juri suo. Aliud exemplum, pupilli, qui ex lege positiva nequit valide rem suam alienare absque auctoritate judicis: talis quippe volens & sciens patitur veram injuriam ab eo, qui re donatâ vel emptâ utitur tamquam suâ, caret siquidem donans aut vendens voluntate validâ ad cedendum juri suo: & licet non sit contra voluntatem ejus naturalem, est tamen contra voluntatem ejus civilem, quatenus lex vel Superior præcipit; quod, etiam dum vult, moraliter reputetur non volens & invitus. Tertium exemplum erit, conjugis, cedentis jure matrimonii in ordine ad adulterium, quam cessionem Multi putant invalidam; ideoque docent, etiam tali casu fieri veram injuriam scienti & volenti.

Quidquid sit de his exemplis (de quibus hic non est locus disputandi) dico, ab illis non rectè argumentari ad præsentem casum: quia certum est, in aliquo casu virginem posse cedere jure suo ad virginittatem, scilicet per contractum matrimonii. Et quamvis extra matrimonium illicite cedat, quia illa cessio ipsi prohibetur per virtutem castitatis; equidem ex nullo capite probatur, quod invalide, id est, quod per virtutem iustitiæ illa cessio ipsi sit prohibita. Veluti si conjuges pari consensu vovissent castitatem; cedentibus illis jure suo, quamvis illicite contra votum, quia tamen valide (cum illa cessio non prohibetur, nisi ex virtute Religionis) copula subsequens, quamvis foret sacrilega; non tamen iniusta. Ergo similiter copula carnalis, per quam virgo sciens & volens extra matrimonium amittit virginittatem, etsi sit luxuriosa, non tamen iniusta; quia non prohibetur ipsi ex virtute iustitiæ, sed solum ex virtute castitatis.

Dices: Scriptum est Eccli. 7. v. 26. Filia tibi sunt? Serva corpus illarum. Et v. 29. In toto corde tuo honora patrem tuum, & genitum matris tue ne obliviscaris. Ergo parentes habent strictè dictum jus iustitiæ tum custodiendi corpus virginis suæ, tum ut virgo sua per bonos mores ipsos honoret. Ergo licet per talem copulam

111. Exempla in quibus aliqui invalide cedunt juri suo.

à quibus non rectè argumentatur ad casum Concl. VII.

112. Obiectio ex Scriptura Eccli. 7. ab

